gratia nasciturus, satageret; praesertim eo tempore, cum contra communem totius Christianitatis hostem, more institutoque maiorum suorum, sub insignijs Illustris et Magnifici Joannis Nicolai a Zurow Danilowicz supremi Regni Thesaurarii Premisliensis, Sanboriensis, Drohobycensisque Capitanei Domini et Mecaenatis sui strenue perdia merens, arma sumere, et in exercitum Generalis Ducis Exercituum Regni Poloniae extendere proposuerit, et eam, quam in vita nil carius habet, vitam pro Deo et religione pugnaturus in belli conflictum exponere intendit: Quare in casu mortis suae pro posse suo prolis suae honestissime educandi et institutioni illius prospiciens, Reverendum Stephanum Cieszkowski de Ciesin Canonicum Premisliensem, Illustrem et Magnificum Joannem Nicolaum a Zurow Danilowicz supremum Regni Thesaurarium, Premisliensemque Capitaneum; Magnificum Fabianum a Grodowice Grodzieski Castellanum Premisliensem, et Generosos Albertum Alexandrum Przedwoiowski Subiudicem Terrestrem Premisliensem et Zophiam de Ciesin coniuges legitimos, nec non supplantem Generosam Catherinam de Obin consortem suam charissimam in tutores, provisores, et curatores veros ac legitimos eligit, constituit, et ordinavit, prout praesentibus constituit eligit designat et solenniter ordinat. Dans et concedens supranominatis tutoribus et curatoribus liberorum suorum plenariam facultatem et absolutam potestatem praefatos natos Petrum, Stephanum, ad decursum viginti quatuor annorum ex iuris praescripto, praefatam vero Annam et Barbaram, ad elocationem ipsarum in matrimonium, aut religiosam, si Deo visum fue-

rit



rit, in statu collocationem, filios et filias suas, ac ceteros, si quos Divina, pro se recognoscentem cum praefata coniuge sua, fecerit peresse voluntas; liberos; instituendi, educandi, filias matrimoniali (spiritualive pro vocatione) statui addicendi, et iuxta proportionem a se derelinquendorum bonorum excolendi; atque adeo bona relicta post mortem sui derelinquenda, ac inter eius liberos pro cuiuslibet interesse partienda, ad praescriptum aetatis ipsorum tempus gubernandi, administrandi; et pro sua moderna in eosdem parenter propensissima voluntate ac benevolentia, pia in pupillos tutorum officia exercendi exequendique benignum, hisce praesentibus implorat affectum. Salva nihilominus eandem praesentibus in praesentibus instituendam tutoriam cassandi, emendandi, meliorandique sibi recognoscens quoad vixerit facultate reservata.

# Actum in Castro Praemysliensi Feria Quarta post Festum Sanctae Margarethae Virginis et Martyris proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Trigesimo Quarto. 1634 18/VII

## Cieszkowski Harasimowiczom roborat.

Comparens personaliter coram Officio actisque praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Generosus Joannes Cieszkowski, sanus mente et corpore existens:

à Terris districtibus, iurisdictione suis quibusvis propriis
et competentiis recedendo: huic autem Castrensi Capitaneali Pre:
misliensi Officii iurisdictioni se cum successoribus, ac bonis suis quibusvis
iuris, quoad actum praesentem totaliter et plenarie incorporando et sub
subiiciendo, palam, libere, publice ac per expressum recognovit.
Quia se et suos successores, nec non et super bonis suis omnibus ac summa
pecuniaria quibusvis, Honestis Fedko et Andreae Harasimowi:
cz incolis Drohobycensis, eorumque successoribus inscribit et praesentibus
obligat, recognitione certam manuale per se requirentes eisdem
Harasimowiczow, unde quamque rerum et conditionum ibidem ex:
pressarum, de actu et data hic Premisliae die hodierna datam, manu
sua recognoscentis propria subscriptam, in omnibus conditionibus, punc:
tis, clausulis, articulis, ligamentis ac nexibus quibusvis universis
tam in toto quam in parte tenere, complere, exequi et in:
violabiliter observare, omnibusque et singulis eiusdem recognitionis
contentis toties, quoties opus fuerit satisfacere; praefatam regnum
ad inscriptionem praesentem, et inscriptionem praefatam ad praedictam recogni:
tionem vicissim in toto referendo. Idque sub vadio trecentorum
pecuniae Polonicalis Florenorum per praefatum Generosum Ioannem
Cieszkowski recognoscentem, honestis Fedko et Andreae Harasi:
mowiczow, ob non completionem praemissorum omnium et singulorum
et tam in toto quam parte, toties quoties opus fuerit ad
solvendum succumbendo. Pro quo quidem vadio modo praedicto
succubito ac pro re aliqua praemissa ex praemissis non completa, compelendo
praemissis Citatus idem praenominatus recognoscens Generosus Ioannes Cieszkow:
ski



ski aut eius successores ad instantiam praefatorum Fedko et Andreae Harasi:
mowiczow, vel illorum successorum ad Officium praesens Castrense Capitaneale
Premisliense extunc recessu supposito quoad respondendum et inscriptioni
praesenti in toto satisfaciendum, mediante; semper in primo Citationis termino
tanquam peremptorio stare, parere, respondere, vadium praedictum luere,
et nihilominus inscriptioni praesenti in toto satisfacere, ac omni iudicato
pati debebit ac tenebitur, seque ac suos successores ad eadem omnia obligat
et adstringit: eundem terminum primum peremptorium et alios consequentes
omnes causae eiusdem terminos semper peremptorios, vera infirmitate,
per maiori, minorennitate successorum, legatione intra vel extra Regnum,
servitio militari, ad munimenta, ad Tribunal, vel aliis quibusvis
dilationibus et legalibus impedimentis non differendo; ad quibus
ultra primos praefati Castrensis Capitanealis Premisliensis Officii ter:
minos dilationem sibi non recipiendo, nullasque motiones, appellationes,
ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia per nis simplicibus
vel triplicatis, suspensionibus, superinductionibus, fatalibus iuris, protectione
Regia, bello, conventionibusque ac aliis quibusvis iuris remediis et de:
fensis non subterfugiendo. Hac sua praesenti inscriptione ad praemissa omnia mediante.

## Iidem Harasimowiczta eidem Ciesz:
## kowski è converso roborant.

Coram Officio actisque praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus com:
parentes personaliter Honesti Fedko et Andreas Harasimowiczta
incolae Drohobycenses, fratres germani, à Foro, iure, iurisdictio:
neque sua quavis propria et competenti recedendo, huic autem Castrensi
Capitaneali Premisliensi Officii iurisdictioni se cum successoribus ac bonis